UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Thomæ Comiti. 161.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

ἠκίκα δογμάτων ἀπήρξατο, καὶ σωτηρίαν τοῖς ἀκροαταῖς κατειργάζετο, δεικνὺς ὡς χρὴ τῶν σαρκικῶν εἶναι τὰ πνευματικὰ προτιμότερα· οὕτω καὶ οἱ αὐτοῦ μαθηταὶ τὰ τῶν τραπεζῶν παρῃτήσαντο τὴν ἐπίσκεψιν ἀναγκαίαν οὖσαν διὰ τοὺς πένητας.

tur, atque auditorum ſaluti operã dabat: hinc nimirum illud oſtendens, ſpiritualia negotia carnalibus antiquiora eſſe debere. Atque ad hunc modum ipſius quoque diſcipuli menſarum inſpectionem atque curam, quamuis alioqui propter pauperes neceſſariam, repudiarunt.

Spiritualia negotia carnalibus potiora eſſe debent. Act. 6.

Ταρασίῳ Ἰσαύρῳ. ρξ.

Κρείττονά σε πάντες τοῦ γένους, καὶ τῆς πατρίδος σε λέγουσι, καὶ χρηστὸν τοῖς ἤθεσιν ἀπαγγέλλουσι, τὴν τῶν ὁ-
ὁρώντων. ρῶν τραχύτητα μὴ κρατήσαντα, ἀλλὰ τὸν Θέκλης τῆς πρωτομάρτυρος, καὶ τρόπον καὶ σηκὸν ἀγαπήσαντα. καὶ μακάριος εἶ πτωχεύων ἐκ ψυχῆς. τοῦτο γὰρ τῶν πιστῶν ἐπαινετόν, καὶ εὔχομαί σε μεῖναι ἄτρεπτον. ἐπειδὴ οὐδὲν σταθερώτερον ἔχομεν, ἀλλ' ὡς ἀνέμοις ταῖς κούφαις βοαῖς ῥιπιζόμεθα.

Taraſio Iſauro. 160.

Præſtantiorem te eſſe, quàm aut genus tuum, aut patria ferat, omnes aiunt, ac morum probitate pollere narrant, vt qui non ſpectantium aſperitatem tenueris, verùm primæ martyris Theclæ, & mores, & templum amaueris. Ac te beatum, vt potè ex animo paupertatem colentem. Nam hæc piorum laus eſt. Atque vt in inſtituta vitæ ratione conſtanter maneas, opto. Quandoquidem nihil admodum ſtabile habemus: verùm leuibus clamoribus, non ſecus ac ventis, huc atque illuc iactamur.

Theclæ templum nobile apud Seleuciam.

Θωμᾷ κόμητι. ρξα.

Καὶ γράφεις λαμπρῶς, καὶ πέμπεις ἁβρῶς. καὶ μένοις φαιδρῶς ὁ τοῖς πᾶσι χρηστός.

Thomæ Comiti. 161.

Et luculentè ſcribis, & copioſè mittis. Velim igitur in animi lætitia & alacritate perſtes, cùm omnibus tam benignum & commodum te præbeas.

Ἱέρακι λαμπροτάτῳ. ρξβ.

Οὐκ ἀρκεῖ ἡ βρῶσις καὶ πόσις καὶ στρωμνὴ Ἰωάννου πρὸς πέρας ἀσκήσεως, τοῖς ταῦτα ζητοῦσιν, ὦ ἄριστε. ἀλλὰ χρεία καὶ τῆς γνώμης Ἰωάννου πρὸς τὴν τελείωσιν. εἰ τοίνυν ἡμῶν ἐπαινεῖς τὴν λιτότητα, κατόρθωσον ἡμῖν τὴν πραότητα, ἣ τὴν πᾶσαν ἐκκλίνει περπερείαν.

Hieraci Clariſſimo. 162.

Ad numeros omnes religioſæ vitæ abſoluendos, Ioannis cibus ac potus & cubile minimè ſufficit: verùm ad perfectionem adipiſcendam Ioannis quoque animus requiritur. Quocirca ſi frugalitatem noſtrã ac victus tenuitatem laudas, lenitatem cõſequi ſtude; quæ improbitatem omnem vitat.

Matth. 3.

Ad monaſticam vitam quid requiratur.

Κύρῳ. ρξγ.

Σοφιστεύεις ὄντως, καὶ γράφων, καὶ κάλλη πλάττεις ὀνομάτων. χρὴ δὲ καὶ ἀφορμὰς παρέχειν ἐν αὐτοῖς ὠφελείας πραγμάτων. τὸ γὰρ καλῶς λέγειν κυμβάλῳ παρέοικε. τὸ δὲ χρηστῶς

Cyro. 163.

Sophiſtam profectò, etiam ſcribens, agis, atque vocabulorum elegantiam fingis. Atqui in ipſis vtilitatis quoque rerum materiã præbere oportet. Etenim pulchrè loqui, cymbalo ſimile eſt: at probè agere,

1. Cor. 13.

Parum eſt pulchrè loqui, an-